



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon  
Dialogus. Antonius Dialogus. Activs Dialogus. Aegidius  
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,  
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

**Pontano, Giovanni Giovano**

**Venetiis, 1519**

De Blandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12960**

## De Blandis.

**E**orum uero qui Blandi dicuntur, eis si eadem uidetur esse materia, finis tamen ubiq; non est idem, nec sola delectatio ac iucunditas queritur, uerum potius utilitas quale illud est. Nunc obsecro te Milphio hanc per dexteram, perq; hanc sororem leuam, perq; oculos tuos, perq; meos amores, perq; A delphasium meam, perq; tuam libertatem, alibi irae delinutio, aut morositatis, alibi doloris, indignationisq; alibi ille-  
tio ad turpem uoluptatem, atq; proprias in appetitiones. No pectiné eburneum Plautus, non caseum molliculum, non monedulam prætermisit inter blandiendum. Atq; illa quidem amantium sunt, non factorum hominum. Itaq; serui, familiaresq; iratis blandiūtur dominis, patribus filij, nutrices puerilis, captatores ujs, quibus nec liberi nulli, nec legitimi sunt haeredes. Quo' circa Blādos in eorum numero, qui oblectationem tantum querant, urbanis ex allocutionibus, habendos non esse iuuentalis etiā docet. Proditum quoq; est a scriptoribus Helium Pertinacem Augustum blandum potius quam benignum fuisse habitum, quod uerbis quidem alliteret homines, essetq; affabilis admodum, ceterum re ipsa non modo non liberalis, uerum etiam sordidus.

## De Vrbanis, &amp; Facetis.

**R**eliquum est de Vrbanis ut dicamus, ac Facetis. Et quoniam Vrbani-  
tas non ad iocos tantum, ac festinitatem, dicendiq; leporem pertinet, qd  
in ea quidem uirtute potissimum laudatur, uerum ad uirtutes quoq;  
alias, que & uiro & ciue ingenuo dignae sunt, uidetur alia que-  
renda uirtus, que propria magis sit, solumq; id complectatur, ac re-  
spectet, quod ad iocos tantum, animorumq; relaxationem spectet.  
Nam et Vrbanus dictus est, quod urbis seruet, sciatq; ac retineat mo-  
res. Quando aduersus illi est qui ē contrario ruris sequatur, non ur-  
bis institutiones, indeq; a gressis uocatus, ac uitū id à rure rusticata,  
ut ab urbe urbanitas dicta. Nam & qui seniori assurgit prætereunti,  
& qui magistratum ab domo deducit in curiam, & qui præteriens  
salutat, urbanitate uititur. Facetus uero ex eo nullo modo est dicendus.  
Video populariter, atq; a' uiris minime in doctis Affabiles quosdam  
uocari, qui & ipsi urbanitate quidem utantur. Nam et in acipiēdis  
hospitibus, & in aduentu peregrinorum, in primis etiam congreffi-  
bus, ac salutationibus, et blāde affantur, ac comiter, et hospitaliter allo-  
quuntur. Idem amice quoq; et salutant, et compellant, & summa cum